



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Pacem debemus habere cu[m] trib.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

mouere, &c. Hæc onera portat pro Christo charitas, quæ omnia suffert. Hæc onera portantur pro defunctis, ut pro illis satisfaciant, sicut & Christus onera nostra portauit. Vnde Petrus. Peccata nostra, idest peccata pro peccatis pertulit in corpore suo super lignum. Tertium est onus numerum incompositorum. Matt. 9. Generatio incredula usquequo patietur uos? Hieronymus. Vos estis onus meum, proiiciam quippe uos. Quartum est, necessitas, quod est pauperes suscipere, egenos pascere, infirmitates fratrum patienter sustinere. Quintum est sollicitudinis idest onus prælatorum, qui sunt uelut iumenta spiritus sancti portantes onera fratrum & congregationum suarum amore spiritus sancti, in quo onere debemus & nos adiuuare eos. Vnde Numeri. Et auferam de spiritu tuo, tradamque eis ut sustentent tecum onus populi & non tu solus graueris, &c.

2. Pet. 2.

Matt. 9.

Hier. 23

Num. 11.

Pacem debemus habere cum tribus.

Io. 16.

Primo, cum deo. Io. 16. In mundo præsuram habebitis, in me autem pacem. Ad quam habendam...

sunt m
meat
tie, tin
salutis
Timon
&c. Se
suam f
cem n
tium e
Ila. V
facta f
Iob.
Secur
proxim
omnib
haber
est ut
enim
pacem
Dum
cem t
in hoc
cem c
rius.
tat, n
mi co
iniuri
ullam
dilige
est, u
faciam
bene

sunt necessaria. Primo ut deum timeat. Ecclesiasticus. Corona sapientie, timor dominum replens pacem, & salutis fructum. Item in eodem. Timor domini expellit peccatum, &c. Secundum est, ut in deum totam suam spem habeat. Isaias. Facies pacem nobis, qui in te sperauimus. Tertium est, ut mandatis eius obediat. Isa. Utinam attendisses mandata mea, facta fuisset quasi fluuium pax tua. Et Iob. Acquiesce ei, & habeto pacem. Secundo debemus habere pacem cum proximo. Rom. Si fieri potest cum omnibus pacem habentes. Ad quam habendam tria sunt necessaria. Primum est ut nihil terrenum appetat. Qui enim terrena, & honores querunt pacem habere non possunt. Bernardus. Dum querunt homines gloriam, pacem turbant. Nihil ergo appetamus in hoc seculo si uolumus habere pacem cum Christo, sicut dicit Gregorius. Si homo in hoc seculo nil appetat, nihil est, quod charitati proximi contradicat. Secundum est ut nulli iniuriam faciat. Cor. Nemini dantes ullam offensionem. Psal. Pax multa diligentibus legem, & Lex domini est, ut quæ uolumus fieri nobis, aliis faciamus. Tertium est, ut omnibus beneficiat. Rom. Gloria, honor, &

Ecc. 1.
Idē, 1.
Isa. 26.
Isa. 44.
Iob. 22.
Ro. 12.
Bernard.
Gregor.
2. Cor. 2.
Psal. 118
Rom. 2.
P 4

CHRISTIANA

pax homini operanti bonum. Tertio
debemus habere pacem cum nobis
ipsis. Ad quam habendam quatuor
sunt necessaria. Primum est ut uolun-
tatem suam diuinæ uoluntati studeat
conformare. Luc. In terra pax homi-
nibus bonæ uoluntatis. qui enim uolun-
tati dei subiectus est, subiecta ha-
bet omnia. Vnde P. Augustinus. Qui
iugo dei subiectus est, subiecta habet
cetera, & non laborat, quia non res-
istit quod subiectum est. Secundum
est, frequentatio humilis confessio-
nis. Isa. Creauit fructum labiorum
pacem. Tertium est, ut non se intro-
mitat de non pertinentibus ad se,
quia sicut dicit D. Bernardus. Dilatio
solet habere scissuram. Prou. Quis se-
iactat & dilatat iurgia concitat. De
dilatione reprehenditur Petrus à do-
mino dicente. Quid ad te tu me se-
quere. Quartum est, ut sensus suos
diligenter custodiat. Ecclesiasticus.
Osti tuo facito ostia, & seras auribus
tuis. Isa. Claude ostia tua super
te. Discipuli domini ostia
habebant clausa, quan-
do dominus di-
xit eis pax
uobis.

Eccl. 1. 1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1.
Luc. 2.
Augus.
Isa. 57.
Bernar.
Pro. 18.
Io. ult.
Eccl. 28.
Isa. 26.
Rom. 12.

Pacis

Pacis

P
stodiam
test qu
pacem
te un
Secun
ria in
homi
tium,
num
domu
pacem
est, qu
de in

P
uerbe
pacem
tricio
uiam
dum